

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Paciencia n
cum fonte primo

In hoc mens iusta ab iniusta
discernitur, quod omnipotentis Dei
laudem inter aduersa confitetur, quod
non cum rebus frangitur, quod non cum
casu glorie exterioris cadit.

Gregorius ibidem.

In hoc itaque mens iusta ab iniusta
discernitur, quod omnipotentis Dei
laudem et inter aduersa confitetur, quod
non cum rebus frangitur, non cum
casu glorie exterioris cadit, sed in hoc
magis qualis cum rebus fuerit
demonstrat, quae et sine rebus robustior
stat.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 11,
34 (CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.613,
ll.5-9).